



**S. Caecilii Cypriani Carthaginiensis Episcopi, Totivs
Africae Primatis Et Gloriosissimi Martyris Opera**

Cyprianus, Thascius Caecilius <Heiliger>

Coloniae Agrippinae, 1617

LXXII. Ad Stephanum Cypriani & Collegarum de Concilio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80176)

ADNOTATIONES IN EPI-
STOLAM LXXI.

1. Quinto Fratri] Ita legendum iam olim conieceram, ex epistola sequenti ad Stephanum, quod confirmavit, H. Grauius ex lib. 5. contra Donatistam citato, Manu. quoque & Morelius, & certe Quinti episcopi Africani supra quoque facta est mentio in inscriptione epistoliarum lib. 5. & lib. 2. in Syn. Carthag. ubi cognominatur à Subbus. Male ergo hactenus excuspi habebant: Quirino. Sulpicio legisse cod. Gemblac. Quintino, ut habet Cambren. atque adeo illud nomen Erasmo magis placuisse, eo quod ex farenti libri illi tres contra Iulian. ad Quirinum nam primum ipse hanc epistolam edidit ex dicto Gemblac. codice, & epistolis quoque ad Inbanianum & Pompeium. Fuisse autem Quintum Episcopum Mauritaniam, constat ex sequenti epistola.
2. Revertit ad me, frater charissime Lucilianus compresbyteri] Verisimile est hunc Lucianum compresbyterum, à Quinto ad Cyprianum missum, 3. ut significarem tibi quid sentiamus] Quum nullumquam Cyprianus de se solo in pluribus numero loqui solet, hoc tam ex pacto legant excuspi omnes & Ms. cod. suspitor non à solo Cypriano scriptam hanc epistolam, 4. baptizati videntur] videntur, pro eo quod ceteri omnes habent, videntur, recte legit Camb. cod. nam sic etiam loquitur epistola precedentem, Qui autem illi legat: baptizati, non male, ut nonis lectionem eligat lector, 5. quid nuper in concilio plurimi coepiscopi cum compresbyteris] Concilii primi de baptizandis hereticis epistolam precedere intelligit, 6. Nescio etiam qua praelumprione] Ita Camb. cod. & excuspi Erasmi quare non placet quod habet Mauriacio qua etiam, neque quod Morelius nescio qua enim, 7. Quia Ecclesia si vna est, esse] Etiam hoc lectio vulgata & Camb. cod. magis placet, quam illa Manu. & Morel. quia Ecclesia vna est, & esse. Nam si hoc modo legatur, videntur esse verba Collegarum, qui non baptizabant hereticos sin. priori, certe constat esse Cyprianum verba, vti & fuit. Eodem perinet, quod Manu. legi: paret, pro eo quod ceteri omnes: extra Ecclesiam, legunt. Ad hac autem argumentum epistola quodq. praece. continet, D. Aug. loca, quibus respondet, ubi adnotauimus, 8. non rebaptizari apud nos, sed baptizari] Recte sic Manu. & Morel. prior enim lectio contradictionem in se continet. Accedit quam proxime Cambren. cod. qui legit: non rebaptizari. omittens cetera, 9. vbi & gratia, & veritas omnis est, quia & gratia] Etiam hic suppleverunt locum huiusmodi, nam antea erat dixat: vbi & gratia & veritas vna est, 10. sic aut duo baptizati ipsi faciunt, dum & apud hereticos baptisma esse dicunt] Hinc quoque locum ipse supplevit, antea enim erat dixat: sic aut duo aut multa baptizati ipsi dicunt, 11. Qui baptizatur à mortuo, quid proficit laetatio eius] Cod. quidem Cambren. interfecti haec verba: & iterum tangit eum, quia hodie reperitur in Bibliis Latinis: Sed non legi illa Cyprianum verisimile fuit ex D. Augustino, libro primo contra Iulian. Petri capite nono & alioq. & fuit libro secundo contra Cresc. Gram. capite vigesimo quarto & sequentibus. Hanc scripturam sepe citans, illa non legit, quae flegit, non tantopere laborandum illi fuisse in Responsione. Inter alias autem illa responsio maxime placet, quam habet dict. lib. contra Cresc. ca. 28. ad quem locum ne prolixiores sinus, lectionem remittimus. Certe in omnibus etiam excuspi verba illa desiderantur, 12. non vivat, quando vna sit Ecclesia quae vite aeternae gratiam consecuta est] Recte etiam illi haec verba addidit, nam antea desiderabatur. Sagaciter quidem coniecit Costerus interponendam negandi particulam, sed destitutus hic Ms. cod. cetera supplere non potuit. Suffragatur autem facti huius restrictioni D. Augustinus, hunc locum tractans lib. 5. de Baptismo, 13. quando apud veteres haereticos & schismaticum prima adhuc fuerint initialia] Aut hoc modo legendum est cum Manu. aut cum Angli. cod. quando apud veteres haereticos & schismaticum primum fuerint initialia, aut sicut Divus Augustinus dicti libri capite vigesimo nono: vbi hunc locum soluit: quando apud veteres haereticos & schismaticum prima, &c. Antea corruptissime ita legebatur: qui quando apud veteres haereticos & schismaticos prima, &c. Quod restituere conatus Grauius, legit: quia, & postea: feriebant, pro eo quod erat: fuerant, sed non satis accurate etiam minus Morel. qui legit: haereticos & schismaticum, 14. quos tunc tamen] Adiecit tamen, ex Anglico codice, 15. ad veritatem & matricem redeant, satis sit] Interposita particulam, sentium obcurabat, quare recte ab illis ommissa est, 16. morti & immortalitati] Quum sic legatur excuspi ceteri & D. Augustinus etiam Ms. cap. citat hunc locum solvens, non placet quod habet Manu. & Angli. codex: immortalitati, praeteritum quum morti opponatur positivum immortalitati, quam immortale, 17. Cum secum Paulus] Recte etiam adiecerunt illi particulam: secum, eoque quam habeat etiam Divus Augustinus hunc locum tractans lib. 2. de Baptismo, 2. Recte etiam primum Grauius postposita particulam: postmodum, 18. vendicavit sibi aliquid insolenter] Etiam hanc veram esse lectionem, ex eodem constat, pro eo quod prius erat: le vendicavit aut insolenter, 19. ut diceret se Primatum tenere] Locum hic procul obest, ut insinuat, quin potius confirmat Petri atque adeo Romanorum Pontificum Primatum, Quum enim in hac ipsa sententia dicat, Petrum primum electum à Domino, & repetat quod ipse dixit, super illum adificatam esse ecclesiam, sibi ipsi contradiceret, si primatum eius negaret. Non itaque alius, quam humilitatem eius commendans, illius exemplo ceteros suos collegas ad concordiam invitare, et quemadmodum ipse, quum primus esset, non tamen primatum insolenter iactavit, sic nec ipsi suum sequebantur modicum tenerent, ut alios praese contemnerent. Et certe ad Stephanum

ipse non esse sermonem, vel inde colligere est, quod nondum de hac sententia ad illum scripserat, utpote quum ex epistola ad illum proxime sequenti, hanc prius scriptam constet. Atque adeo de istis mihi loqui videretur quos insinuat in Synodo Carthag. cum ait: Nemo se episcopum episcoporum constituat, quod de collegis illius intelligitur: disjunctis verbis dicti lib. 2. c. 2. D. Aug. & D. Hier. contra Lucifer. Quinimo dicti lib. 1. D. August. hinc potius confirmat Petri & apostolica sedis primatum. Ecce inquit] ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus] Apostolum Petrum in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia eminet, &c. & postea, Puto quod hic sine ulla sui contumelia Cyprianus episcopos Petro apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolorum principatum, cuiuslibet episcopati preferendum? Quam magnifice autem ipse Cyprianus de Romani Pontificis primatu sentit, supra demonstravimus epistola xlii. quae tertia est ad Cornelium & lo. quae septima est ad eundem, & infra eadem de re latius Tom. 2. li. de unitate eccles. cathol. Quum quod disjunctis verbis primatus Cathedra Romana meminit infra epistola ad Magnum, & lib. dicto de unitate eccles. Si quis plura eodem pertinentia desideret, exactissime hac de re scriptis Remundus Rufus li. de duplicatione contra Molin. nam pro Pontifice Maximo.

20. sed consilium veritatis admittit & rationi legitime] Hunc locum antea, ex connectione trium vocum in unam depravatam, ita ex D. Augusti. castigavit H. Grauius, & consensit Angli. cod. Legatur enim: administrationi legitime, pro quo in Cambren. quidem cod. legatur paulo castigatus: sed per consilium veritatis administrationi legitime, at prius magis placet, eo quod probet hoc loco Cyprianus quod prius dixit, ratione esse vincendum.

21. ipsa quoque nostra ducamus] Etiam hanc lectionem habet Aug. & 1. & 4. lib. iam dicti, quare magis placet, quam vulgata & Cambren. cod. ipsa potius amplectamur, Manu. vero & Morelius primi adiecerunt illud, cui rei, & paulo post: &, ubi prius erat non male: Paulus quoque prospiciens concordiae & pacis consulens.

22. Qua in parte] Ita denovo est D. Aug. H. Grauius, & post eum Manu. & Morelius, nam sic ipse legit dicti libri 8. cap.

23. remissam] peccatorum non nisi in Ecclesia] Etiam hoc recte illi, antea desiderabatur, non nisi,

24. Quod quidem & Agrippinus] Agrippinus ex antecessoribus Cypriani fuisse satis patet, non tamen proximum decessorem, colligere est tum ex epistola praece. ubi iam pridem ab antecessoribus sententiam hanc latam dicit, & epistola ad Inbanianum, ubi longam antem praeterisse dicit, ex quo id factum sit, tum ex epistola lo. ubi Inbanianus & Donatus antecessorum Cornelij & sui meminit: Porro locum hunc tractat D. Augustinus dicto lib. cap. 7. & 9. Respondet autem, quandoquidem Cyprianus sententiam Concilij Africani pro legitima & salutari agnovit, multo magis crediturum illum fuisse sententiam Concilij vniuersalis: si quod forte ante celebratum fuisset. Atque adeo nos, exemplo ipsius Cypriani, quod postea ab vniuersali Concilio statum est, erodere oportere. Locum insignis pro auctoritate Conciliorum.

25. Et quales litteras super hac re fecerimus] Denovo precedentem epistolam intelligit, quod vel ipsa vox: fecerimus, indicat, quum illa non ab uno Cypriano, sed à pluribus coepiscopis conscripta sit.

AD STEPHANVM PAPAM

de Concilio.

EPISTOLA LXXII.

ARG. Cyprianus cum collegis in Concilio quodam, nuncios Stephano Romano Pontifici, à se statutum esse tum ut ab hereticis ad ecclesiam reuertentes baptizentur, tum ut alia conditione non recipiantur episcopi aut presbyteri ab istis venientes, quam ut communicarent laici.

CYPRIANVS ET CÆTERI STEPHANO FRATRI SALUTEM.

AD quendam disponenda & consilij communis examinatione limanda, necesse habuimus, frater charissime, conuenientibus in vnum pluribus sacerdotibus, cogere & celebrare consilium. In quo multa quidem prolata atque tractata sunt: sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotale auctoritatem & ad Ecclesiae catholicae unitatem pariter ac dignitatem, de diuina dispositionis ordinatione venientem, eos qui sunt foris extra Ecclesiam reuerti, & apud hereticos & schismaticos profanae aquae labi maculati, quoad ad nos atque ad Ecclesiam, quae vna est, venerint, baptizari oportere: eo quod parū sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritū sanctum, nisi accipiant & Ecclesiae baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari, & esse filij Dei possunt, & si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. inuenimus enim etiam in Actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum, & salutaris fidei veritate ser-

Lib. 2. ep. 1.

Ioan. 3.

Act. 19.

